DOMINICA IX. POST OCT. TRINITATIS.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ et mérita súpplicum excédis et vota ✠ effúnde super nos misericórdiam tuam : ut dimíttas quæ consciéntia métuit ✠ et adjícias quod orátio non præsúmit : Per.

Ad Magnif. Ant. v. toni.



BENE ómni- a fecit : et surdos fe- cit



audí-re, et mutos loqui. Cant. Magní-ficat. euóuae.

DOMINICA X. POST OCT. TRINITATIS.

Oratio.

OMNIPOTENS et miséricors Deus, de cujus múnere venit ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur ✠ tríbue, quæsumus, nobis ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus : Per.

Ad Magnif. Ant. vij. toni.



QUIS tibi vidétur próximus fu-ísse



illi, qui íncidit in latrónes? Et a-it : Ille, qui



fecit mise-ricórdi-am in illum. Vade, et tu fac simí-